

*Hic Persa Christianismum simulans sola
Deo dat gloriam,*

*E. Hic Persa Christianismum simulans non
est idololatra.*

*2. Qui diligit Christum, ejus sermonem
servat, Joh. 14. 23.*

*Sed nemo in hac vitâ potest sermonem
Christi servare.*

E. Nemo in hac vitâ diligit Christum.

Resp. Est ἐνόχλησις τῆς ἀμφιβολίας. Nam
sermonem Christi servare, dupliciter intel-
ligi potest. Aliquando est doctrinam Chri-
sti de gratuitâ peccatorum remissione
verâ fide amplecti, eamq; aliis profiteri.
Aliquando significat legem Dei perfectè
implere. In priori significato accipienda
est major, in posteriori minor. Sunt itaq;
quatuor tetmini.

*3. Quicunq; sunt ex Deo, verbum Dei au-
diunt.*

*O. creatura sunt ex Deo, nempe per crea-
tionem.*

E. O. creatura verbum Dei audiunt.

D s

Resp.